



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 75. Ejusdem Regis literæ ad Nobilium Ordinem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.**  
**A.C. 1586.**

„ubi ego injuriam ab iis acceptam jam  
„nunc condonare resipiscentibus para-  
„tus sum: de cetero christianus Prin-  
„ceps natus, ac Religionis christianæ  
„amplificandæ, & constituendæ per-  
„studiosus semper fui, ac eundem Deum  
„cum ipsis, eundem Christum salutis  
„humanæ propitiatorem, eandem fa-  
„cram Scripturam credo, ac profiteor:  
„si vero in sacri Textus interpretatione  
„hominum sententiae scindantur, con-  
„cordia non armorum vi, sed iis, quas  
„ego proposui, ac nunc demum repe-  
„to, conditionibus sarciri debet: Chri-  
„stianis enim, & præcipue Magistris in  
„Israel, & Evangelii Doctoribus indi-  
„gnum esse censeo illud bellum, quod  
„adeo ardenter promovetis, si ta-  
„men potius cruento certamine, quam  
„amica disceptatione, & legitima Con-  
„cilii celebratione negotium explicari  
„vobis placeat, manus puras ab inno-  
„centium sanguine servabo, qui etiam  
„in hoc bello effusus in vestra capita re-  
„cidet. „

§. LXXV.  
*Ejusdem Regis literæ ad Nobilium  
Ordinem.*

*Mem. de la  
Lig. p. 483.* **N**avarrae Rex in literis, quas ad No-  
biles dederat, una omnes ita ro-  
gabat: „Estote memores, nunc instigatu-  
„illo-

„illorum, qui superiore anno a Rege <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 „tanquam perduelles proscripti fuerant, <sup>A.C. 1586.</sup>  
 „bellum moveri, ac contra eos, qui  
 „vobiscum adversus regni perturbatores  
 „Regis jussu tunc vires conjunxerant,  
 „jam decertari, porro tantæ mutatio-  
 „nis haud alia caussa subest, quam  
 „quod Rex tunc plene liber, ac suæ po-  
 „testatis esset, nunc vero vi voluntati  
 „suæ ab illis nefario ausu allata dete-  
 „standæ factioni morigerari cogatur.  
 „At quid criminis ab eo tempore admi-  
 „serant Protestantes, ut arma, quæ  
 „nuper Regis auspiciis contra Regni ho-  
 „stes sumpsistis, contra ipsos nunc ver-  
 „tatis, ac vosmetiplos subjicere ve-  
 „litis imperio eorum, quos antea tan-  
 „quam seditiosos & turbarum Auctores  
 „contempsistis? attamen hæc ipsa mu-  
 „tatio imputanda venit Lotharingiorum,  
 „seu exterorum astui, ac factioni, qui  
 „cum desperarent, quod Regni caussa a  
 „Regni Proceribus, & Regno ad ipso-  
 „rum libidinem, & improba eorum  
 „desideria convenienter haud decidere-  
 „tur, ideo illi, ut ea extra Regnum  
 „externis in Italia judicibus decidenda  
 „committeretur, omni ope, & opera  
 „contendunt.. Postea Rex ea omnia,  
 quæ pro restauranda tranquillitate gef-  
 fisset, fusius enarrabat.

Cc 3      §. LXXVI.